

5. *Princeps Pacis* : affert enim nobis
 Rom. 5. Nativitate suâ veram pacem , de quâ
 Phili. 4. Paulus.

V S V S.

ψ 73. Acquiescamus itaq; in hac pace cum
 Propheta dicentes : Domine dum modo
 te habeam, nihil curo cœlū & terrâ, &c.

II. Addit causam finalem , quare hi ti-
 tuli Filio DE I realiter attribuuntur ; Ut
 multiplicaretur ejus imperium, & pacis
 non esset finis. q. d. talis Filius natus est,
 propter nos nostramq; salutem.

V S V S.

Tit: 2. Facit ad consolationem & in exhorta-
 tionem, ad gratiarum actionem, atq;
 Christianam vitam vivendum.

III. Indicat etiam ex Davidis semine
 Christum spiritualem regem nasciturū :
 regnumq; Davidis spirituali modo cor-
 roboraturum , id est , Ecclesiam ædifica-
 turum, atq; omnibus cum Davide in
 promissum Messiam credentibus, suo au-
 xilio ad futurum.

V S V S.

ψ 23. Demus itaq; operam, ut & nos simus
 vera Ecclesiæ membra, tunc Dominus
 erit Pastor noster, nihilq; nobis deerit.

IV. In-